

1461.1553 : THE WILL OF ZANETA CORNER ≠ MARCO POLO
legacy to her sister Zianeta Corner, undated, but endorsed by the Notary on 12 September 1457.

94. Will of Zaneta Corner 9 August 1461.

Will (paper):

jhesus

JN nomine dei eterni amen Anno ab Incarnacione domini nostrj Jesu cristi 1461 mensis augusti die nono Indicione nona Riualti cum Inter cetera condicionis humane etct Qua propter ego Zaneta cornario relicta domini rugerij cornario sancte marine sana dei gratia mente et intellectu licet senio confecta ordino hoc meum testamentum Jn quo constituo meos conmissarios rogerium cornario nepotem meum Et Nicolaum et paulum michael filios condam ser Jacobi nepotes meos vt secundum etct / Jtem ordino sepeliri corpus meum apud monasterium sancti Andree de Zerata cui monasterio dimitto ducatos sex auri pro (*above the line*: sepultura et pro) anima mea Jtem volo et ordino quod celebrentur misse beate virginis et sancti gregorij pro anima mea Jtem dimitto Mariete nepti mee omnia mea Imprestita que habeo ad cameram imprestitorum. videlicet imprestita mea libera et prode ipsorum, cum hac condicione quod nullo pacto ipsa imprestita possint vendi alienari seu in alium translactari nisi ad suum maritare aut monachare ad quos terminos possit ipsa marieta de capitali et prode disponere vt de re libera et propria / Et volo etiam quod ad mortem suam possit ea ordinare ad libitum suum in casu quo nolet maritare aut monacare Residuum vero omnium meorum bonorum mobilium et immobilium presentium et futurorum, et omne caducum et inordinatum ac pro non scripto michi quomodo libet spectans et pertinens etct dimitto supradicto rogerio nepoti meo hoc tamen addito et declarato quod quando testamentum domine marie triuisano olim sororis mee Incidetur quia iam intromissum est et deo fauente spero obtinere suam facultatem volo et ordino quod ipse rogerius teneatur facere expensas mariete cassandre et cornelie sororibus suis et ipsas bene tractare / verum si non possent insimul habitare volo et ordino quod teneatur eisdem sororibus suis dare et contribuere ducatos decem aurj in anno pro earum victu donec vixerint. / Interrogata de hospitaliis pietatis et nazareth et de ceteris interrogandis(?) respondi nole aliter ordinare / preterea

testes. d. tomas de pōndis plebanus sancti augustini

et ludouicus cōns clericus sancte Sophie

Endorsement: Testamentum d. Zanete Cornario relicte ser rugerii de sancta marina.
(Archivio di Stato. Testamenti b. 1238 No. 365. Notary, Andreas de Pactis.)